II. *Epiſtola Viri Doctiſſimi* Johannis Hoogvlietii *ad* Jacobum Jurin, *M. D. R. S. Secr. De Epiſtolis duabus Poſthumis Viri Celeberrimi* Antonij a Leeuwenhoek, *R. S. S.*

SEnex noſter venerandus ***Leeuwenhoekius***, jam in agone Mortis verſans, ac nihilominus artis ſuæ memor, me ad ſe vocari juſſit, attollenſque oculos jam gravatos morte, verbis ſemiabruptis me rogabat, vellemne haſce binas literas ex vernaculo in Latinum Sermonem vertere, tibique, Vir Ampliſſime, mittere. Ut ergo hiſce tanti viri, quo abhinc jam aliquot annos uſus fueram familiariſſime, parerem præceptis, non poſſum, quin tibi, Vir eruditiſſime, hoc extremum, Viri mihi amiciſſimi morientis, munus mittam, ſperans fore ut hæc ultima ejus conamina tibi grata ſint futura.

Delphis in Batavis,
pridie Nonas Sept.
1723.